

PRÆSTANTISSIMO ATQVE DI
gnissimo viro D. Theodorycho Sobel Mogūtinæ ec-
clesiæ Canonico, ipsiusq; illustrissimi archip̄sulis in spi-
ritualibus vicario.

Hermannus Nuenar Comes Canonicus Coloñ.
S.P.D.



Incredibilis apud me tuarū vir-
tutū æstimatio vir dignissime,
tuarū in omnes & probos & do-
ctos viros præclara studia, me-
am quotidie tenuem sollicitant
musam, & pene vi quadam re-
luctantem impellunt, vt candi-
dissimis illis tuis aurbus, v̄ in-
eptū aliquid aggariat. Ego ꝯo
quum in literis nullam versuram fecerim, nullamq; peni-
tus frugem ex diuturno meo studio reposuerim, nihil
equidem meis ex penuarijs depromere possum, quod
vel tibi, vel alteri cuiquam nares saltem teneriores delica-
tioresve habenti, ad palatū facere magnopere queat, ni-
si mutuo forte acceptum, atq; vicissim redditum. Quod
quidem functionis munus nobis inter amicos obtinge-
re frequenter, ac etiam vsu solet venire. Hinc est quod
non adeo multos ante dies q̄ hinc proficisceretur Mar-
tinus Groningus Bremēsis (q̄ cum mihi arctissima quæ-
dam necessitudo, & vetus amicitia intercedit) libellū cu-
iusdam Georgij Benigni Nazareni archiep̄scopi, quod
pignus aliquod amoris erga me sui penes nos relique-
rit. Quem & tanta cum gratulatione, tantaq; alacritate
suscepi, vt vel ex hoc debere nos plurimum illius & hu-
manitati, & munificentiaē libere profiteamur. Sed officij
esse ratus, siquid accesserit pbæ eruditionis, cū amicis q̄-
q; ipsis communicare, vulgatum illud repetens ꝯ φίλων
ἑπιπάρτα κοινᾶ esse debere. Constitui potius in eam partē

peccare, quæ est ὁ ἀβελήϊα καὶ νόη τῶν ἀτιμῶν, ꝑ̄ amicitia
 decreta aliqua ex parte transgredi preuaricariq;. Accipe
 itaq; iucunda & hilari fronte, Capnionis tui, immo mei
 defensioem, nō quidem Tullianum μετέωρον ἢ καὶ κόμφο
 redolens, quippe quod nec res ipsa exigere videtur, no-
 sti vetus illud & tristū, μετὰ τῶν βαρβάρων βαρβαρῶσαι ἔσθ
 & quidem hominē vel eruditum. Est tamen, vt non oi-
 no elegans, ita neq; ob sermonis incunam reiiciendus,
 impendio enim conatus fuisse vir ille bonus videtur, vt
 quātum fieri potuisset, minimū accurate dissereret, ne
 ei parti vspiā defuisse videretur, quæ fuit ab aduersarijs
 desumpta, hinc & ipse per syllogismos totius negotij ca-
 pita perstringit. Ad hunc nempe indagacionis modum
 velut ad lydium lapidem, hoc temporis theologi res oēs
 humanas pensitant, ibiq; sistūt tanquam ad sacram Do-
 donam, aut Pythia quæpiam responsa. Iam ꝑ̄o illud sibi
 peculiare habet innocētia, vt quibus impetatur iaculis,
 ipsum reuerberet iaculatorem (& quod vulgo dicitur)
 Clauum clauo retrudat. Quæ dum maxime deserta, dū
 omni spe solatioq; destituta iudicatur, Tum primum ex
 hostibus emergit, & suum pristinum splendorem ven-
 dicat, vinci utiq; & succumbere nesciēs. At quid miræ?
 Habet enim vindicem sumimū Deum ὅς πάντα ἔφορᾷ καὶ
 πάντα κυβερνᾷ vt diuus Gregorius Nazianzenus ceci-
 nit, & itidē Sophocles in electra ὅτι μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς
 ὅς ἔφορᾷ πάντα καὶ κρατῶν. Quod in huius nostri calu-
 mnia liquido euenisse reꝑ̄ euentus ipse testis est. Nam
 dum illius de capite, de fama, de fortunis, bellū iam atrox
 & crudele incallescet, conantibus aduersarijs nō occul-
 te (& vt dicitur) per cuniculos, sed totis viribus, & con-
 serto Marte innocentiam fortissimi viri expugnare. Ec-
 ce οὐρανόθεν ancile decidit, & illud Apollinis e cælo
 oraculū descendit γνώθι σε αὐτόν. Quem si mortalium i-
 numera turba mente non segni reponeret, sicut frivola
 alia complura, nunquam profecto i illud Stoy conpa

radoxon inciderent πάντας τὸνς μοφδς μάνιδδ κρίνον. Hi præsertim q sacrae philosophiæ titulo belle sibi applaudentes συμφιλοσοξῶσι, scientes tamen solum philosophum sapientē esse oportere, cum sint ipsi sæpe paphlagonibus stolidiores. Noluit certe magnus ille altitonās summi regnator olympi, noluit inqua bonas artes præclaræq; studia, tantam facere æstimationis suæ iacturam. Neq; passus tot voluere casus insignem pietate virum. Mirabile dictu, Tres subito heroas cœlo demisit ab alto. Qui senē nr̄m Entellū, & laboris istius iam ppemodum pertæsum, sua tuerent dexteritate virtuteq; protegerent. Hos itaq; fortissimos inter duelliones velut inter argonautas Hercules, Hic noster archiepiscopus Nazoreus resplendet. Qui quāuis ob reuerendam suam canitiem iter emeritos rudeq; donatos milites censeri potuisset. Pro v̄tate tamen digladiaturus, prior ipse in harenam progreditur. Et ne quis inter gregarios illum reponere præsumat, multa præclare gesta facinora cōmonefaciunt. Quæ quia totum per orbem iam sparsa habentur, me vel ineptissimo preconone non indigent. Ad summā tamen laudis quæ meo quidem iudicio amplissima ē, illud conferre plurimū existimo, quod huic viro Max. Leoni in philosophia præceptorem gerere cōtigerit, non absq; dextro augurio, vt is philosophus, qui totius orbis caput, scientiæ ac ipsius philosophiæ (vt ita dicam) late ὡσπερ τὸ δ' ἀμαθείας κίρατος βῆμαλι sustinuerit alueritq;, idem & ipsam philosophiam eiusq; primarium antesignanū, ex hostium insultu foelicissime eriperet. Post hunc ex ordine Petrus Galatinus consequitur ἡμίτοροθ δροσνῆς vir vtræq; in lingua doctissimus. Sed ne eis quidē contentus. nempe qui vt ad literariam istam palæstram expeditior incederet, sub Hebræo præceptore eas literas, de quibus altercatur tanta foelicitate addidicit, vt cū doctissimo quouis nō sine laude certare possit. Scripsit enim dialogum. xvi. libros complectentem, in quo toti-

tus Thalmudici negotij controuersiam copiose docteq; absoluit. Hebraica frequēter, sæpe & Chaldaica asterēs (his enim linguis Thalmud ipsum constat) Quibus, p-
 teruiam ludæorū quasi proprijs confossam telis, eneruat prorsus & conuincit, prudentior fortasse illis criticis, q; rem sibi prorsus ignotam collatis vndiq; calculis pro ro-
 stris publice condemnarunt. Nam si M. Ciceroni i aca-
 demicis quæstionibus credēdum est, asserenti nihil esse tam futile, q̄ quicq; approbare non cognitum, Magis, p-
 fecto, nō dico futile, sed temerariū esse iudico, reprehendere quod ipse nescias, damnare quod ignores. Age ꝑo
 ad institutum veniamus. In hac itaq; *ἦν ἡρωικῶν ἀνδρῶν
 συμμαχία* Perithoi vicem Garganus Senensis obtinet, vir tanta ingenij dexteritate præditus, vt illi Romæ phi-
 losophos herbam dare nīl pudeat. Theologus proinde vt nō vulgaris ita longe clarissimus. Hic quum alias sæ-
 pe Capniozoili Sthenthorios clamores mira sua sagaci-
 tate retudisset, tandem etiam ad scribendam defensio-
 nem animū applicuit, i qua per dialecticos elenchos, vt aduersario satisfacere velle videretur, oīa illius sophisma-
 ta retorquet, atq; diluit, multa subinde ex sacrae philoso-
 phiæ adytis conferens, quibus apertam calumniam in-
 nocentis viri tueatur. His tribus tam magnifice instru-
 ctis heroibus atq; in præsidio collocatis. Quis non sibi de pulcherrimo triumpho fausta fœliciaq; polliceri aude-
 at: obsistente vel tanta Zoilorū barbarie, q̄ntam neq; in Marathone Darius, neq; ad Thermopylas Xerxes re-
 gum olim potentissimi habuisse dicuntur. Nam vt non minus scite q̄ grauiter apud Plutarchum in Laconicis apophthegmatis, Leonidas Anaxandri cuidā respon-
 dit dicentū contra multitudinem sibi pugnandum esse
 εἰ μὴ οἰοῦντο μεῖναι ἑπὶ πλείονα. οὐδὲ ἢ πᾶσι ἑλλὰς ἀρχεῖ. εἰ δὲ
 ταῖς ἀρεταῖς. καὶ οὗτος ὁ ἀριθμὸς ἰκανός. id est, siquidē mul-
 titudine me putatis, neq; ipsa tota Græcia sufficit, sin ve-
 ro virtutibus, & hic numerus satis est, Et apud eundem

quorum mihi incognita sunt nomina, attestabunturque his omnibus non esse postponendum Egidium Viterbiensem, olim eremitis Augustinianis patriarcham. Nunc accepto purpureo galero apostolici culminis membrum, tot prope linguarum egregie doctum, quot hydra fuisse capitum describitur a poetis. Hic quum inter ecclesiasticos declamatores, ut alter Demosthenes habeatur, quadam celebritate e suggesto hominem publice collaudauit. Maximam certe pro innocente Capnionem testimonium. Habet enim & locus ille religionem, ut nihil sibi nisi verum dici & a veridico homine, praesumendum esse videatur. Quae in re illud summope miramur, quod in hanc sententiam passim omnes prope docti diuinitus concurrerint, ut Capnionis iniuriam tanquam suam communi suffragio vindicandam esse putarent, Cum alias tot fere sensus inueniri soleant, quot sunt capita. Taceo nunc tot principum Germaniae sigillis aucta testimonia Saxoniae ducis, Brandeburgensis Marchionis, ac Comitis Palatini imperij electorum Vuirteburgensis, Badensis, Spirensis, & aliorum principum magnificas literas. Taceo tot florentissimas Romani Imperij vrbes resque publicas, missis ad summum pontificem, non literis, sed diplomatis, causam suae sanctitati commendasse. Taceo denique tot doctissimos viros, & omnem extra imperitiae aleam constitutos, saeculares ac religiosos. Quorum si sola nomina persequi vellem, in iustum voluminem epistola excreceret. Veritatem honoris causa tot iam in medium adductis heroibus. Pythagoricam adijcere *πυθαγορεύω* curabo. Est enim consummatus ille numerus primusque cubus. Hos vero insignes *πολυίσορας* si e medio tuleris, orbatum se suis delictis orbis esse fatebitur. Tantum enim iterierit bonis literis, quantum vix immenso temporis saeculo recuperari valeat. At si incolumes propitia fata serauerint, aurea redibunt studiorum saecula. Et occidet serpens illud barbarorum virus, passimque musarum dulce nascetur amomum. Erasimum dico Ro

terodamum Germaniæ vere phœnicem, musæ dulce
 delitium, alteramq; animæ meæ partem, optimo quidem
 & foelicissimo facti nrae Germaniæ natū, cui sese in extir-
 pandis barbarorū mōstris ppugnatotē fortissimū & in-
 uictum exhibuit. Deinde Hieronymum Aleandrum
 Mottensem Reuerendissimi domini mei Leodiensis epi-
 scopi, optimi pfecto & sapientissimi principis ἀρχιεπισκο-
 που μαρτιου. Illum inquam Aleandrum quem ego (vt fas ē)
 non secus & amo & colo q̄ meum parentem, q̄ meas de-
 litias, q̄ deniq; ipsum meum Apollinem. Est & ille Iaco-
 bus Faber Stapulensis Galliæ vindex, horū in numerum
 merito reponēdus, vtpote quem vere Gallicum Aristo-
 telem dixeris, qui & Gallis philosophiā & philosophiæ
 Gallos restituit. Habes præterea huius tam præclare cō-
 iurationis, postremum Bilibaldum Pyrkeymerum ciuē
 Noriburgensem, cum prioribus illis hebraice ac græce
 doctissimum, mathematicaq; insignem, quæ mihi apud
 illos possideri quasi gentilitio iure videtur. Horū siquidem
 testimonijs, vel ipso apud inferos Rhadamanto satisfac-
 tum esse quis abigeret? Quamq; nec certior, nec graui-
 or testis est, q̄ pura sibi cuiq; cōscientia. At tua Sobelle
 dignissime erga virū (cuius apparatus inepte nimū for-
 tallis instruximus) admirabilis obseruatio fecit, vt tātos
 inter tāq; primarios viros tuum nomen primum & vlti-
 mū occupauerit locum. At ego mihi non aliud quicq;
 arrogare ausim, quā bellici huius apparatus alterū Chœ-
 rulum, hoc est tantorum heroum ineptissimum præco-
 nem esse, qui hortatu Martini Groningi hominis vtiq;
 inimicissimis meis, has ineptias ideo adieci, vt libellus
 iste cuius apendex est, paulo fieret auctior, eoq; empto-
 ribus gratior. Parce itaq; tu parce præcipiti musæ meæ,
 nam & amor ipse scribere iussit quem velocissimum esse
 Deum poetæ cecinerunt. Parce igitur vel amorī. Vale
 vir præstātissimo, ac me mutuo ama, Ex Colonia Agrip-
 pina septimo calen. Septembres.

Agis rex dicebat ἀνάγκη πολλοῖς μάχεσθαι τῷ ἄρχῳ πολλῶν
βελομένων, id est contra multos pugnare oportere eum,
qui multis cupiat imperare, Sed quia res eo me vocat, vt
sub epologo reliquos, & duces, & strenuos heroes pstrin-
gam, qui post istos antesignanos ἐν τῇ συμμαχίᾳ & int̄
præsidarios connumerati fuerunt. Tu interea veniam in-
eptienti mihi dabis. Primumq; vos o clarissima lumina
mundi. Te inquam Leo Max. Maximilianeq; Cæsar cō-
pello, qui vestro illo sincerissimo iudicio, sæpe quid de
hoc viro sentiretis, in publicum dedistis, Nam de altero
vestrum ida dignissimis viris accepi honestissimū, atq;
pulcherrimum testimonium esse redditum. Tuamꝰ o o
Cæsar ad Leonem Max. ipse ego epistolam vidi, qua illi
veteranum consiliarium, multis egregijs laudibus orna-
tum commendabas, ip̄os aduersarios falsa satis descripi-
one captiosos quosdam Coloñ. theologos appellās. O
magnum Maximiliani Cæsaris testimonium, An ne so-
lum illud ad explodenda multorū anserū sibila sufficere
putandum est? quippe quum leges atq; ciuilia iura, eis
qui capitis causam dicerent, aut alijs immanissimis & ar-
duis criminibus vocarentur, certum quendam numerū
testium præscribant statuuntq;, quo vel absolui innocē-
tes, aut damnari fontes possint, quur in hac causa innu-
meris testibus præferendus vnus Cæsar non admittit?
Plusq; debacchanti nescio cui neophyto in ipsius fidei
Christianæ contumeliam creditur, q̄ tot sanctissimis &
grauissimis viris, quorū virtutibus atq; prudentia, restau-
rari illa vel funditus euerfa, Deo aspirante posset. Quid
ego vos iudices commemorem Grimānum dico & An-
chonitanum, nunquam satis ob id laudandos, quod ve-
stra singulari virtute, & in nullam partem versabili con-
stantia, vir tantus hæctenus viuit, qui ne vitam quidem
ip̄am nisi ingratiſsimā viuere potuisset, honore suo quē
hucusq; semper integerrimum gessit, omni deniq; sua di-
gnitate labefactata. Habet enim quendam aculeum con-

tumēſa (vt Cicero contra Verrem), quem pati prudentes ac boni viri difficillime poſſunt. Quid ſancti Chriſtologi, qui Hadrianus dicitur, adeo candidam & accuratā in iudicando limam, vt in hanc partem parem habeat neminem. Quid deniq; Senogalliensem ipſum in totius philoſophiæ ſtudijs facile principem recenſeam, Tamē Hadriani ex ore poſt longam laudis præſationem, ſanctum hoīem appellari noſtrum illum audivi. Appellat doctiſſ. Cardinalis ſanctū hoīem, calūniator & neophytus, infamē, & hæreticum proclamant. O diſparium diſpar iudicium, ſed libere loquar, plus valet mihi vnus doctiſſ. Cardinalis tā piūm & magnificūm teſtimonium, q̄ centum calūniatorum, & mille neophytorum onocrotalini ſtridores. De Senogalliense vero illud luce eſt clarius, editurum ipſum apologiam fuiſſe, niſi abunde ſatisfactum ei negotio ab alijs añ eum extitiſſet. His adijciam volaterranum, atq; ſanctorum quattuor Coronatorum primarios & incomparabiles viros. Quorum prior ille (vt eſt earum rex grauiſſimus cenſor) perlecta Capnionis noſtri deſenſione, ſummopere hominis eruditione & vi dicendi tenebatur. Alter vero gloriæ loco cenſendum duxit, ſi de ſua manu Cabaliſtica Reuchliniana Leo Max. ſuſciperet, qualiſq; auſpicatum illud auguſtū q; futurum ſit. Quod ſi nonnulli cornea fibra præditi, mihi vt iuniori fortalſe credere noluerint, oratorio more poſt argumēta teſtes vocabo (vt vtat Hieronymi verbis ad Iulianum diaconum) maioraque ab illis accipiēt, interrogent grauiſſimos atque digniſſimos viros Iacobum Queſtenburgum, Ioannem Potgen, ambo pontifici a cubiculo, Stephanum Roſinum Reuerendiſſimo Gurcenſi Car. a ſecretis, Martinum Groningum Bremēſem, doctorem Vuyck, omnes iuris doctores. Illi utiq; ꝑtati ſunt teſtimoniū reddituri. Multos inſup adijciēt,

MAXIMO MAXÆMILIANO CÆ-
 sari mundi domino, victori & triumphatori semper Au-
 gusto &c. Martinus Groningus Bremensis. I. V. do-
 ctor infimus se deuote commēdat.



N quam vides pro innocente
 Capnione cōtra nocētes Apo-
 logiam, Maxæmiliane Cæsar
 semper Auguste, a reuerendo
 Nazareno episcopo inter diui-
 narum literarum Romanæ vr-
 bis interpretes, vt non infimo,
 ita multo doctissimo, tibi dicar-
 tam, & quam mihi tuæ serenissi-

mæ Maiestati offerēdam tradidit, ob varia itineris & dis-
 crimina, & incommoda, tum vel maxime ob debilis cor-
 pusculi mei, longa arduaq; peregrinatione propemodū
 exhausti languorem, præsentare certe nequiuī. Coloniam
 veniens eam per veredarios q̄ ocyssime ad tuā Ma-
 iestatem cum nonnullis literis aduolare curauī, Tuo itaq;
 sacratissimo numini nūcupatam defensionem, sub no-
 mine etiam tuo æreis notis informandam non ab re du-
 ximus. Quo cunctis in propatulo esset prudētissimi pa-
 riter & grauissimi silentiarij tui innocentia, a quibus ne-
 scio harpyis crudeliter hætenus laniata. Quarum pro-
 fecto maior globus, glomeratim stygijs sese extulisset
 vndis, nisi tuo patrocinio vnice suffultus fuisset, & id q;
 dem recte. Haud aliam ob causam ἀτικ, quæ mortalium
 rebus turbas plerunq; immittere solet, eius res intertur-
 bauit, q̄ quod sacro diplomati tuo, vt i decuit, probum,
 obedientemq; consiliarem virum, æquissime obtempe-
 rare studuit. Ideo etiam optime Cæsar iustissime eum a
 calumniatorum suorum insulibus protegis, memor an-
 teriorum principum constitutionis, qui ciuitatum de-
 fensoribus præcipiunt, vti decuriones ab omni impro-

borum insolentia & temeritate tueantur. a Eo autem nomine consiliarios ciuitatum intelligi ex pandectarum quinquagesimo libro b fati liquet. Quid si hoc de decurionibus, id est consiliarijs ciuitatum statuitur, quanto magis sibi locum in summi principis consiliario vedicabit, cum & is princeps in iure dicat c & illustris sit d Et sane hac sanctioe quid vnquam sanctius sanciri potuit: quid imperatoribus, regibus, ducibus, principibus, principibus, populis, ciuitatibus, colonijs, municipijs, cum melius, tum vtilius? Nec immerito Græci ἱερὸν ἢ βουλὴ aiunt quasi a rei tam sacrae tamque diuinæ violatoribus poena præcipue repetenda foret. Ni id fieret, quis vlli consilia dare auderet, & maximo præsertim principi? nemo me hercule nemo, quandoquidem ea ita libera esse debeant, vt sine metu, & per omnia liberi in omnibus quæ pro tempore imminent libere consulant, & assistant. e Eam obrem veteres illos iuris cõditores decurionatus honorem, tantæ æstimationis, tantæ venerationis, tantæque eminentiæ, ac tot prærogatiuis condecoratũ voluisse existimo, quippe quod cognoscerent cõsiliarioꝝ prudentia, impatores bene imperare, reges iuste regnare, duces recte suos ducere, principes principatus suos foeliciter gubernare, prouincias prudenter administrari, populos strenue defendi, ciuitates sapienter regi, municipia fortiter muniri, colonias deductas abũde augeri. Hoc haud dubie impator sapientissime te mouit, vt hũc talẽ virũ Capnionem dico, in cõsilium tuum accerferes, & Iudaico præsertim isti nouo difficilijs negotio adhiberes, a Græcis admodum vere scribit̃ σοφοὺ παρ̃ ἀνδρῶν προσδέχου συμβουλίου quia σοφὴ σοφὴ γὰρ γίγνεται συμβουλία. Quanta rebus in omnibus hic sapientia polleat, tibi notius est, quã vt a me recenseatur. Quam vero ob multiuugam eruditionem, omnigenarumque disciplinarum cognitionem, clarus habetur, etiam cunctis iadudum innotuit nationibus, ita vbi que effulget nomen eius ὡς τε γὰρ κελὶδ̃ ἐγγλη̃ πέλγυ̃ ἢ ἑλάνης. & Homericũ illud nõ iuria ei accomodabimus,

a. L. defeso
 res. C. dede
 fen. ciui.
 b. L. pupi
 lus. §. dese
 fores de y.
 & Re. sig.
 & Alberi.
 de rosa. in
 trac. de mã.
 statu. in. iij
 q. primę p
 tis & Mar.
 Lau. i trac.
 de cõsi. pri.
 Bar. in. l. i.
 circa medi
 um ver. tu
 dic imo. ff.
 de of. assel.
 c. Marti.
 Lau. i trac.
 de cõs. pri.
 d. L. q. q. s.
 in pri. Ce.
 ad. l. Iuli.
 maie.
 e. c. funda
 mēta. §. de
 cet nã q. de
 elec. li. vi.

Ἴσὲ γὰρ μὲν ἐδίδαξε Διὸς παῖς, Ἴσὲ γὰρ ἀπόλλω, Tot præcla-
 ra, tāq̄ eximīa & admiranda, ex ingenij sui exuperantif-
 ſimo fonte ſcaturierunt opera, vt in eum cœlitus bonæ
 omnes ſciētīæ delapſæ videantur, non abſque ſingulari
 quapīam diuina prouidentia, adeoq̄ factō globo conue-
 niſſe, vt quendam quaſi doctrinæ orbem in eo conſti-
 tuerit. Si enim theologum cupiueris *θωολογώτατος*, Si
 philoſophum *φιλοſοφώτατος*, Si legiſperitū *νομικώτατος*,
 Si oratorē *ὀμιλογωτότατος*, Si poetam omni carmini
 genere *προφερέſατος* erit. Quod ſi inſignem Ariſtopha-
 nicus Bacchus aliquem vatem quærere in animum ſam
 induceret, Germaniam proculdubio peteret, tanto or-
 natam dono. Quid (vt cætera eius opera ſilentio inuol-
 uam) de mirifico verbo ab vlllo mirifice magis ſcribi po-
 tuit? Quid quod Pythagorica & Cabaliſtica arcana pri-
 mus ipſe primus (ſi verè fateri libet) Romanæ poſterita-
 ti, & tā docte ac eleganter tradiderit, vt aliſj añ eum pol-
 liciti ſaltem, ipſe autem præſtitiffe cenſeat? Congratula-
 re igitur Germania tibi haud parum, quod eum produ-
 xeris, qui ingenio ſuo te maxime illuſtriorē reddit, cu-
 iusq̄ virtutibus tantum tibi & decoris, & ornamenti ac-
 cedit, vt ſi opus foret, haberes quem exoticæ regionū
 eruditifſimo cuiq̄ cōferrea, Dum hunc offero Eraſmum
 Roterdamum ſuis fraudari laudibus nolo, pari etenim
 gloria dignū iudico, duos reuera Germaniæ oculos, aut
 ſi maior ſoles. Hic vero de quo iam loquimur, Capnion
 cum talis ſit, nulli tamen feruidius arctiusq̄ ſe aſtrinxit
 ſtudio, q̄ vt triplicis linguæ, quibus diuina deteguntur
 arcana interptatione reſpu. Chriſtianæ prodeſſet q̄ ma-
 xime, futuræ ratus ſi totius eccleſiæ ſcholatiſti viri has
 acrius amplexarentur, vt per linguæ diuerſitatem gen-
 tes ad vnitatem fidei catholiçæ, ac veram noſtram religi-
 onem proprijs ſcriptis, blandimentis, manſuetudine, &
 ratione, non vi, ac iniuria, iuxta eccleſiaſticas ſanctiōnes
 perducerentur f quantum πρὸς τὴν Διὸς diligentia, quan-
 tum ſudoris, quantum deniq̄ olei in eam rem ſimpendit.

Atqui videmus, quod iniqua huic rependatur gratia, & ab illis præsertim, quibus vel ob vnum id permaxime charus esse debuisset, quod hoc in puluere, si deludarent (vti certe eos deceret) melius & satius, & laudabilius foret, quam omnem ætatem dialecticorum tendiculis absumere, quæ non tam tendicula sunt appellanda, quam phantasmata, id est vmbrae quædam & imagines, quæ cito pereunt & resoluuntur, vt diuus Hieronymus inquit, ac in Canonicis decretis repetitur. **g** Quod non perinde improbandum esset, nisi hoc duntaxat ageretur, atque per omne æuum, aut non ab eis odio haberentur exploderenturque, qui solidissimis & honestissimis quibusque disciplinis vniuersimode ac perpetuo se addixerunt, atque omni cura, magno studio, iugi conatu, aliud nihil moluntur, quam multarum linguarum cognitione res ecclesie propagare. Liuent non alia de causa, & emacerantur inuidia, quam quod sophismatum fumis, videtur aliorum elegantiora fructuosioraque studia, longe anteferri, ac adolescentum ingenia his excoli, poliri, ornari, quo effici posse fortassis arbitrantur, vt eorum auctoritas non nihil minuat, & Christianæ professionis homines ista studia magis quam istorum garrulitates, & probent, & imitentur. Sed hæc abeant. Introspeciamus potius eius viri de quo hæctenus nobis sermo fuit vitam, Et quid de vitæ integritate, humanitate, modestia, comitate, probitate, grauitate, sanctitateque morum, ac omni virtutum genere illius referam, quem Germanicum Cætonem vere dixeris: vt qui ita maluit per reliquum vitæ tempus suos inter agellos, hortos, prata, vineas, philosophice degere, sustentare familiam & paruum celebrare domum, quam a magnis & principibus viris ad ingentes opes, quæ alioque ei non defuissent, & ad summa rebus culmia euehi. Et certe perpetuam vitæ lineam ad extremam ingrauescentemque usque ætatem, sine vlla labecula, vllaque suspicionis crimine sanctissime transiit, Testis es inuictissime Cæsar semper Auguste, vna cum diuo patre tuo illustrissimo Friderico III. Apud vos enim integerrimum simul & sapientissimum consiliarium mul-

g xxxvi.
 dif. c. vino
 inebriant.

AD MAXIMUM MAXIMILIANVM
 CÆSAREM ROMANORVM IMPE
 RATOREM SEMPER AVGV
 STVM, GEORGIVS BENI
 GNVS ARCHIEPISCO
 PVS NAZARENVS.



ILLE EGO QUI quæ
 Callien. essem episcopus & san
 ctæ crucis Cardinalis reueren
 dissimi, sedisq; Apostolicæ le
 gati meritissimi vestigia seque
 rer, Germanicas contemplatio
 nes, quar; altera de Christianæ
 victoriæ vexillo, altera de xpi
 nis matris assumptione minifi
 cos tractatus continebat, edidi. Nunc Romæ archiepi
 scopus Nazarenus existens, inter alia quæ scripsi, hunc
 quoq; tractatulum, in Ioannis Reuchlin Germani vtra
 que in lingua, vel potius in omni (nam & Chaldæam &
 Hebræam complectitur) facūdissimi, vtraq; in philoso
 phia & diuina & humana præstantissimi, commendati
 onem, p modum dialogi editum, ad te Inuictissime Cæ
 sar transmitto. Cui nanq; eum alteri q̄ tuæ Maiestati de
 dicare potuissim, quæ ipsum Capitonem nostrum sem
 per fouit, eiusque curam semper gessit, neq; iniuria. Est
 enim decus & splendor patriæ, quam ab omni barbaris
 mo enipuit, ab omni solocismo purgauit. Animaduerte
 inclyte Cæsar Maximiliane vel ad hoc vnū, habes quip
 pe apud te vir; quem maximi mirantur viri, habes apud
 te virum latinæ græcæque linguæ hac tempestate facile
 principem, habes eum Cæsar virum, qui Græcos omni
 um scientiæ inuectores docet, qui latinos græcæ sapiē
 tiæ atque eloquentiæ perfectos imitatores, etiam propri
 am instruit linguam, qui Chaldæos atque Hebræos i eo
 rum (vt conijcio) sermone (ignota est enim mihi illa lo

quela) superat, vñ saltem eis æqualem se reddit. Peruene-
 rat iteꝝ ad nos ex Germania (nam primū ex Græcia) tā
 theologia q̄ philosophia, lingua sola, sermone dūtaxat,
 Germanos superabamus. Nunc & Græci & Latini ab
 isto Germano Capnione viro diuīo, etiā illa addiscunt,
 & ita quidem addiscunt, vt se ipsius discipulos fateri nō
 modo non erubescant, vꝛ etiam summopere glorien-
 tur. Eum itaq; virum, qui tantopere illustrauit, glorifica-
 uit ac magnificauit patriam, nonne ip̄a patria illustrare,
 glorificare, & magnificere deberet: quem alieni cōmen-
 dant, cur sui non suscipiunt: cur suam lucem abijciunt:
 cur de sua gloria non gloriantur: an forsan quia ī patria
 sua acceptus es nemo: Enimvero quoniā absq; te, qui
 & patriæ & orbi præsides, id fieri neq; inuictissime Ma-
 ximiliane, tua interest, in cuius nutu vota totius patriæ
 sunt posita, hunc tam præclarū virum, tamq; de patria be-
 ne meritum, extollere, sublimare, ac omni honore & di-
 gnitate afficere. Nam si secus, ip̄a patria ingritudinis
 accusabitur, eiusq; rea erit. Ego certe si valerem, tam di-
 uinum vatem & philosophum, vsq; ad astra efferrem, id
 beneficij quod in ipsum conferre potui, contuli. ipsum
 a calumnijs aduersariorum ex ip̄iusmet dictis ac scriptis
 aperte liberaui, tendicula ipsorum rupi, decipulas fregi,
 versutiæ, astutiæ, doliq; sunt, quæ cunq; aduersarij cōtra
 ipsum moliūtur, q̄s iam (certe noui) tale duellum eius-
 modiq; prælium inñsse pœnitet, vꝛ ab inceptis præ ru-
 bore pudore v̄ desistere nequeunt. Tu æquissime prin-
 cept, Tu inuictiss. Cæsar, Tu totius Christiani orbis gu-
 bernator, vix eruditū, vix insignē, vix mirificū, vix cut
 q; huius ætatis viro in doctrina non postferendum, de-
 fende, attolle, & omnibus (prout sua exposculant meri-
 ta) antepone, ac mei qui te semper colui, semperq; vene-
 ratus sum memor esse dignare.

¶ An Iudæorū libri, quos Thalmud appellant, sint po-
 tius suppressendi, q̄ tenendi & conseruandi.

tis annis egit, Testes sunt tot clarissimi heroes, tot ecclesiastici viri, in summo rerum culmine locati, tot proceres, tot populi, tot communitates, quibus frequentissime in arduis rebus auctoritate adfuit, industria succurrit, prudentia profuit, consilij auxiliū præstitit. Neque hoc tibi Leo optime maxime (tuum enim nunc numen alloquor, qui pontificum perpetuum es columen, & perennis gloria) incognitum est. Cum illi ipsi pro tanti viri innocentia aperienda, ad tuam sanctitatem literarum pene cumulos dederit, quem nescio quod hominum genus (Quando erat ut posito deberet sine laborum, Viuere & in nullo sollicitante metu. Quæque suæ semper placuerunt oculi menti Carpere, & in studijs molliter esse suis) criminis insimulare, penitus labefactare, foedissimo hæretico inficere & deturpare neuo, immo ad phlegethontes usque truculenter rapere vndas adnixum est, quo astu, qua fraude, qua circumscriptione, quibus technis, quibus versutiæ laqueis, phœbea lampade splendidius elucescit, quod vobis reuerendissimis eruditissimisque iudicibus (te o Grymane, & te o Anconitane compello firmissimæ ecclesiæ catholicæ columnæ) aptius constat, ex syncerissimis tot suffragijs, pro libri *Ocu. Spe.* qui inscribitur approbatione, superiori anno ab eminentissimis sacre scripturæ, ac iurisprudentiæ heroibus Romæ rectissime latis, in quo cum primū locum obtinuerit, atque primum approbatorium votum dederit huiusce sequentis Apologetici auctor reuerendus Nazarenus archiepiscopus, vere theologus non vulgaris, quemadmodum eius egregia opera ab hinc aliquot annis edita, & præsertim de natura cœlestium spirituum, opus, locupletissimi testes sunt, ita non alienum arbitratum est sibi primas etiam Reuchlinianæ causæ defendendi partes vindicare, posteaque æmulos his æquissimis ritibus datis suffragijs, nequissime acquiescere nolle accepit, in tot celeberrimorum doctorum diuinæ humanæque philosophiæ peritia haud mediocriter pollentium, ingentem ignominiam, quicquid ad propriam eorum petitionem, & illam quidem

maximā, a summo pontifice super Ocu. Spe. examinari
 one designabant. Quanta autē eruditione, quanto inge-
 niū acumine, quam iusto iudicio id agat, & quidem mo-
 destius multo quā cauillatoꝝ immodesta temeritas expo-
 scat, ex ipsius defensionis lectione facile perspicere est.
 Et quis per Deum immortalem hunc librum tam egre-
 gie & sincere a suo auctore declaratum damnaret, nisi
 præcipitis audaciæ, damnati ingenij, perditū penitus iu-
 dicij: iuris est, apertissime declarantē neq; corrigere, ne-
 q; adijcere h & si emendatio, aut imminutio inhibita
 fuerit, posse nihilominus declarare. i Quinimo male
 consulens consilium mutare potest, quod Papinianum
 quem Spartianus iuris asylum ac legalis scientiæ thesau-
 rum appellat, fecisse legimus. k Quid ergo Capnioni
 imputandum, qui vno eodemq; tpe chalcographice oia
 emisit. vituperonum spicula longe antea prudens præ-
 uidit, argumenta diligent soluit, tela strenue fregit, Nec
 si ita esset, declarationem tamen trahi retro vsq; ad tem-
 pus, principiūq; actus qui declaratur, iurispenitissimi vo-
 luere. Hac sane tam pura & clara declaratiōe probe in-
 specta, cui etiam simplicissimo, atque rudissimo scrupus
 vllus, ne dicam scandalum, ingeri possit, nisi fortassis co-
 inquinatis quibus nihil mūdum? Vna hæc pene oim, q
 Ocu. Spe. diseussioni intererant sniā fuit. Accipe igitur
 illustriſ. Cæsar Nazarenū tui Apologiam placido hila-
 ricq; (vt omnia recta soles) vultu, ppediem & alioꝝ que
 iam sub incude sunt defensionis suscepturus, & consi-
 liarium tuum tam spectatæ integritatis exploratæq; fi-
 dei vix, e tot oblatrantium canum faucibus q̄ celerrime
 eripi cura. Celsitudinem tuam in plurimos annos inco-
 lumē, ac florentem seruet nobis & vniuerso orbi, idem
 qui te orbi p̄fecit optimus maximus ille Samarites Chri-
 stus. Datum Agrippinæ Coloniae. Kal. Augusti.

Anno. M. D. XVII,

h. L. herc /
 des palā. §.
 qd p̄o. ff.
 de testa.
 i. Bal. i. l.
 edita. C. de
 eden.
 k. L. si. §.
 pe. in fi. C.
 de furt. &
 ibi Bal. ac
 Alex. in ad
 di.

¶ Dialogus, interlocutores Ioānes Reuchlīn,
Georgius Benignus,
¶ Ioannes Reuchlīn.



¶ Conduceret arbitror, bonūq; at
vtilē Christianis foret, vt eiusmo
di libri vbi cōtra fidem n̄am nul
la specialis & exp̄ssa blasphemīa
cōtinet, pro ingenij Christianorū
exercitio non supprimerent, sed
vel apud ep̄os ac ecclesiæ pasto
res vt q̄n opus esset, proprio eos
cōfodere possemus mucrone, cō
seruarent. Quemadmodū & Ap̄ls dicebat, Oportet hæ
reses esse, vt probati manifesti fiant.

¶ Geor. Be.

¶ Duo summi pontifices Innocentius inquam. III. &
Gregorius. IX. vt Thalmud combureret iussisse ferunt,
eis autē repugnare, nec tibi, nec vlli licet.

¶ Io. R.

¶ Oēm hoiem, qui hūano testimonio præcise innitiū,
errare est possibile. Ois em̄ hō mendax. Relatum autē il
lis pōtificibus fuit, vt etiā Alexander de Hales magnus
theologus recitat, eis in libris multas etiā cōtra Mosis le
gem hæreses, & cōtra dñm n̄m cōtinent p̄limas blasphe
mias, & ea de re eos supprimēdos & cōburendos cōsue
re. Hoc autē & ego semp̄ asserui, & diffuse declarauī, & p̄
testatus sum me nolle blasphemos libros cōseruare, sed
igni tradere, v̄ si hoc satius esse videret, solis pōtificibus
cōseruandos indicere, vt & fides n̄a, & ipsorū pfidia no
tari posset. Ad qd em̄ libri illi condēnādi sunt ea in pte,
vbi oīa præcepta diuina illi pp̄lo tradita enūerant & re
mēorant: sūt vbi agunt de iudicijs & iudicijs, vbi q̄q;
tractant de medel & medicamibus, herbis & alijs hmōi:
Eodē mō quare sunt in illis quæ ad cultū Dei sc̄dm eorū
ritū ptinent dānāda. Ecclesia tolerat ritū illū, cur non & li
bros ritus eorū. Ad quid etiā sunt in illis passibus cōbu

rendi, in quibus prima & illa quidem, præclarissima de Mel-
 siphæ diuinitate & humanitate, & ubi incarnatione, multis perpetua
 & gitate, personarum trinitate, cum substantiæ, & naturæ unita-
 te, aliqui ex ipsis afferunt, quæ nobis IESVM nram dile-
 ctissimum dominum veræ Messiphæ credentibus admodum suffra-
 gantur. Sunt profecto eis in libris prima, ex quibus eos (licet
 proterui & duræ ceruicis ut semper fuerunt) sint convincere
 possumus facillime. Ob his quidem suasionibus multi in eos
 in talibus eruditissimi relicta perfidia ad nram puenere fidem,
 & in ea (non ut iste neophytus, qui tantæ controversiæ causa ex-
 titit) feruentissime vixerunt, & usque ad finem perseuerarunt. Sunt
 & nonnulli in eos, qui ad nos non veniunt, licet vel ex parte
 credant, sed illud semper non cadit in terram bonam, vel ob eorum (in
 quo omne genus hominum superant) auaritiã, vel propter fidelium nram cre-
 dibilia ardua, quæ tamen etiam in Cabala & nonnullis Thalmudicis
 libris inueniri possent, vel quia non sunt predestinati ad vitam
 æternam. Sic autem in Actibus apostolicis ca. xiiij. scribitur.
 Et crediderunt quicquid erant preordinati ad vitam æternam.

¶ G. B.

¶ Cæcitate sunt percussi, sicut & qui sciunt bonum, neque tamen
 faciunt. Non ut muscipulam, & pedem ponunt in eam. Vir quidam
 dignus exclamabat, Si Iudei nunc omnes in IESVM nram
 crederent, ego non crederem. Nam vaticinio prophetarum, & sal-
 uatoris ac apostolorum sententia, cæcitas eorum usque ad vltima tempora est du-
 ratura, & tandem reliquæ Israel saluæ fiet. Non ergo mirum est,
 si videtes sint cæci. In mundum enim venit IESVS, ut non
 videtes viderent, & qui videbant cæci fierent, Velam enim est posi-
 tum super cor eorum, Libri itaque hominibus usque ad tempora illa sunt ser-
 uandi, ut ipsi suam proteruiam ac pertinaciam tandem agnoscant, dicant
 quod, Væ nobis, videbamus, & videre volebanus, & ita ipsi
 met nos excæcabamus. Et nos de gratia Dei benignitate,
 quæ a tenebris ad veram lucem puenire meruimus, lætemur.
 Denique in summi pontificis coronatione, vel coronationis suffra-
 gij, seu processione, locum sibi altum in via per quam pontifex
 transit, Iudæi parant, atque in aliis, suæ legis libros ostendunt,
 ut eos confirmet postulantes. Pontifex autem, Non confirmamus

sed toleramus, ritus scilicet vros, & ritus vestri libros, respondet, Cur igitur sunt cremandi quum tolerari iubeantur. Accedit ad hoc, Nam frustra fit iussio, quæ mandari executioni nequit, librorum autem illorum longe amplior copia inter infideles reperit. Enimvero quia tu Apostolum induxisti, Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant. Aduersarij arguunt a simili, Necessè est vt veniant scandala, igitur occasiones scandalorum oportet manere & retinere. Hæc autem consequentia mala, & est tuæ similis, igitur & tua mala.

¶ Ioan. Reu.

¶ Nosti sacram scripturam plures hñe sensus, & vnūquęq; eam trahere posse ad quę sibi libet (illæsa fide) sensum. Quemadmodum ergo Apostolus ad inferendum quod volebat dixit, oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant, hoc est, vt veraces agnoscantur. Quia vt ait Philosophus, O pposita iuxta se conspecta, magis elucescunt. Non enim cognoscitur virtus, nisi ex comparatione ad vitium, vt ait diuus Hieronymus. Sic & ego dixi, oportet esse & manere libros illos, quasi a simili arguendo, ad hoc vt cognoscatur melius veritas nostra, & nostra recta fides ex Iudæorum cæcitate & stultitia, qui suorum doctorum veram doctrinam non suscipiunt, aut intelligere nolunt, & falsa quædam ac stultra complectunt. Quæ comparatio fieri non posset illis libris extinctis, non ergo ratio eorum procedit, consimili rationi, quam ego attuli, Non enim dixit Apostolus, Oportet hæreses esse, igitur occasiones hæresum non sunt extirpandæ, sed vt probati manifesti fiant. & nos consimili dicimus, opus est illos manere libros, vt nre fidei veritas lymphidius cernatur.

¶ Geor. Be.

¶ Placet id, nam Apostolus, Deum nullum permittere malum ex quo non eliciat aliquod bonum norat. Vnde ex malo hæresis, hoc, vt probati manifesti fiant, elicit bonum, & tu cum Apostolo in hac sententia conuenis, quæ est tacita & implicita. Conducit & vtile est esse ma

la, ex quibus oriuntur bona, Nam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. Sed Apostolus sub illa sententia ponit hanc, Sed ex hæresibus oriuntur bona, igitur necesse est, hoc est, igitur conducit & utile est hæreses esse, Et vnum bonum quod inter alia ex hæresibus sequitur exprimit, videlicet vt probati manifesti fiant. Tu vero sub illa sententia communi subassumis hanc, sed ex libris Talmudicis plurima oriuntur bona, vt iam diximus, igitur bonum est eos esse, non obstante quod in illis quoniam aliqua falsa vel stulta reperiantur. Differt tamen minor tua a minori Apostoli, quia hæresis est tota mala, quia contraria fidei Talmudici libri aliqui sunt omnino pro nobis, aliqui contra nos, aliqui neutri, Aduersarij formant alio & diuerso modo consequentiam, que non est ad rem, neque ad mentem tuam, aut ad vim verborum tuorum. Enim vero mirantur plerique cur illos libros sic indistincte hæreses appellasti, quum in eis multa vera, vt etiam tu asseris, contineantur, omnis autem hæresis sit falsa, sed vim rationis tue non perpendunt.

¶ Ioannes Reuchlin.

¶ Plurimum interest veritatem docendo illi misceri falsitatem, & docendo falsitatem illi miscere veritatem, libri hæreticorum falsa docent, nonnulla vera interponentes, libri Talmud vera docent, quia fidei nostræ mysteria pandunt, sed stulta & falsa quoniam interponunt, Falsa quidem docent hæretici, quia fidei vera, contraria probare conantur, & falsitati quam intendunt nonnulla vera interponunt, Libri vero Cabalæ, seu Talmudici docent vera, & illa intendunt, quia fidei orthodoxæ mysteria abscondita propalant, licet interdum aliqua falsa & stulta intermiscant, non sunt igitur hi libri appellandi proprie hæretici, neque vt hæreticorum libri igni adijciendi, Hi enim ex intentione veritati, illi falsitati adhærent, His in mente per se veritas, aliunde falsitas, illis per se falsitas inest, per accidens veritas. Libri hæreticorum sunt, quia vna nobiscum & Christum & eius confitentur publice nouum testamē-

¶ Georgtus Benignus.

¶ Noui te qui Hebræas, Græcas, & Latinas calles literas, oim legum, etiam diuinæ scripturæ (quam theologiam appellamus) egregium doctorem esse, & recte ad singula responsuræ. Procedam ramen hac in re vltterius, prout iubes, non vt tibi insolubilia afferam, sed vt alijs tui ingenij acumen ostendam. Istos Hebræorum libros, Christus dominus Matthæi. xv. & Mar. vij. vt etiam tu fateris traditiones seruorū appellauit, quo præsupposito arguo sic, Nullus ab illis testimonium quærit, quos ipse reprehendit, & in eis esse veritatem negat, sed Christus seruorū traditiones tanquam falsas, & legi diuinæ cōtrarias ostendit, Ait em̄, Quare & vos transgredimini mā datum dei propter traditiōem vestram, nam deus dixit, Honora patrem & m̄rem, vos aut̄ dicitis, scilicet cōtrarium. Et Marcus addit, & similia hm̄i m̄ta facitis, quæ scilicet sunt contraria mandato Dei. Et præmiserat, hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū lōge est a me, inuanū colunt me doce. doc. & in ho. Et infra, sinite illos, cæci sunt & d. cæ. Et Matthæi. v. expresse ipsorū scribas reprehendit dicens, Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̄ scribarum & pharisæorū, non intrabitis in regnum cœlorū. Sequitur, Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, & supple, Scribæ vestri dicunt legem illam non prohibere animū, sed manum. Ego autē dico vobis & quæ sequuntur. Et rursus dictum est antiquis, Non mœchaaberis. Scribæ vestri exponunt solum de astu, non anio, & cætera id genus. Ego aut̄ dico vobis, contrarium scilicet vel dissimile. Præterea n̄ri fatent̄ triplicem humanæ naturæ statū, seu legem, Naturæ. Scripturæ. & Græ. Et lex vetus tota communi vocabulo, propter mandata in tabulis lapideis digito Dei scripta, vocatur lex scripturæ. Quando igitur dixit, Scrutamini scripturas, itellexit de veteri testamento, quæ est lex scripturæ. Vnde Luca. xxiiij. dicitur, Interpretabatur eis in om̄ibus scri-

pturis, quæ de ipso erant. Et paulo post quasi declarans hunc sensum subdit. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Et statim subnectit. Tunc aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Vetus igitur testamentum per antonomasiam dicitur scriptura, quid igitur sonet, Scrutamini scripturas, iam unicuique patere potest, Vnde Matthæi xxvi. dicit dominus, Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Et alibi sapius ita vetus lex appellatur. Non igitur est bene dictum, quod Christus verbis illis voluit proprie significare & indicare scripta magistrorum, ex quibus potissimum confectus est Talmud. Tandem ipsos Talmudicos libros appellasti hæreses. Si ergo Christus dominus eos scrutari voluit, igitur hæreses scrutandas iussit, & hæreses de ipso testimonium perhibere asseruit, Quo quid absurdius?

¶ Ioannes Reuchlin.

¶ Euenire plerumque solet, ut quum aliquem laudare, aut defendere cupimus, non solum vera, sed etiam verisimilia assumamus, legatur Demosthenes, legatur & Cicero, audiantur & nostri concionatores ac doctores, qui dum sanctorum aliquem efferre cupiunt, tot & tanta in laudem eius inducunt, ut omnes excellere videatur. Sic dum de vnaquaque virtute loquuntur, aut scribunt, eam omnibus alijs præponere videntur. Similiter si de minimo vitio sermonem habeant, adeo illud vituperant, ut nullum illo scelestius esse persuadeant. Sic & mihi in consultatione mea contigit, nam dum existimarem sicut & nunc existimo, libros Hebræorum nobis vtilis esse, & ægreferrem illorum consilia, qui eos supprimendos docerent atque comburendos, omnes rationes quas in fauorem huius opinionis inuenire poteram, in illo breui tempore scrutatus sum, & multos libros reuoluendo, in Burgensi illam expositionem reperi, Christum videlicet dum diceret, Scrutamini scripturas, de scripturis Talmudicis intellexisse. Ipsum autem egregium bibliæ & sacræ literarum expositorem, ita ut certet quodammodo cum Nico. de Lyra iudicant pene

tum, Libri Talmudici foris vidētur, licet aliquo modo i-
tus sint. Præterea illos libros non appellavi hæreses, sed
similitudinem Apostoli de hæresibus illis, appuli his li-
bris, Et si eos hæreses appellassem, nō atrox crimen fuisset,
Sicut nanq; omne quod non est ex fide, etiam amor
Dei, peccatum esse dici potest, hoc est, non meritorium
vitæ æternæ, qui enim caret fide, caret & gratia, & gratia
Dei est vita æterna. Sic omnis doctrina, quæ est sine fi-
de nostra, heresis est, & licet infidelitas dicat quæuis ve-
ra, non sunt tñ vera æternæ salutis meritoria. Est igitur si-
milis hæresi, quia nō perducit ad verā vitā, sine fide Chri-
sti. Neq; est simile de libris hæreticorum in fide nra, & li-
bris qui sunt extra fidem nram, & q̄s ecclia tolerat, sicut
non est simile de Alchoran, & libris Arrii, aut Sabellij,
Hi em̄ sunt intus, alij foris, Quid autem mihi cum his q̄
foris sunt inquit apostolus:

¶ G. B.

¶ Si foris sunt, quid ergo tu qui intus es, eos dē defendis?

¶ Io. R.

¶ Quæadmodū Socrates dixit, vnū scio, q̄a nihil scio,
ita & ego hoc dūtaxat defendo, q̄ non sunt eo mō offen-
dēdi, quia nra non interest suppressere ritus eorū qui fo-
ris sunt, nisi velimus eos cogere ad nra legis obseruanti-
am, vt aliqui consulerūt, & nō tolerare, quippe vt aiūt
minus malū impune eis foret, nō posse legē illicitam ser-
uare, q̄ libere tenere. Sed quousq; eos toleramus, etiam li-
bros quibus se tuentur tolerare deberemus.

¶ G. B.

¶ Libros Thalmudicos, non mō tu cui non mediocrē
adhibeo fidē, sed oēs nri illā linguā scientes, vt Nico. de
Ly. Burgen. & cæteri, nullatenus exterminādos, sed po-
rius p̄ cōmodo & vtilitate Chrianoꝝ cōseruādos eē cē-
suere, soli illius sermōis ignari tumultuosū vulgus sectā-
tes, cōtra illos iuehūt libros, gracculoꝝ more, nesciētes
quid pmāt, & vocē ppriā ignorātes, Ego cui parē illi
us linguæ, vram hoc ē Ni. de Ly. Burgen. & tuā i hac re

cōplector sniam. Verę male sonat i auribus meis, q̄ illa Christi ꝯba loã.v. Scrutamĩ scripturas, quia vos putatis in ip̄s vitã æternã habere, & illæ testioniũ phibēt de me, sint de libris qui sunt i Talmud collecti: itelligēda, q̄ expositio noua videt̄ & extorta, nam ex his q̄ p̄miserat & q̄ subiūgit, ip̄m de scripturis p̄phetarę & testamēti veteris ibi locutũ fuisse cōstat. Præmiserat at̄ paulo añ hæc ꝯba, Ego nō ab hoīe testioniũ accipio, supple tãq̄ hoīe, Idcirco dixit Petro, Caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui ē in coel̄. Et Ioānes phibuit testioniũ ꝯbitati, nō a se ip̄o, sed ab illo ispiratus, qui dixit, Super quẽ uideris sp̄m descendente, ille ē. Et paulo post, Opa inquit que ego facio, testioniũ perhibēt de me, & qui misit me, testioniũ phibet de me. Et sequit̄ illa p̄t̄cl̄a. Scrutamini scripturas. Et statim tacitã excludēs obiectionē, ne quis crederet ip̄m de Hebræorę doctorę loqui scripturis, respōdet, Claritatē hoc ē testioniũ per q̄d clarus siã ab hominibus non accipio, sed cognoui vos, quia dilectionē Dei nō habetis i uobis. Scribæ at̄ erant hoīes, & hūano sensu sunt locuti, & eorę testioniũ aperte respuit. Quō igit̄ ab illis illud postulat aut exigit? Et ifra sic ait, Nolite putare, quia ego accusaturus sum uos apud patrē, est qui accusat uos Moses, i quo uos speratis, Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit, Hæc ibi. Ecce scripturas, q̄s scrutari volebat, scripturas inquã Mosi, hoc ē totius veteris test. quod totũ s̄p̄ sum ptũ uocat̄ lex scripturæ, propter. x. ꝯba in tabulis lapideis digito Dei scripta, & Mosi tradita, Et i hac scriptura & Mose sperabant, & putabant, hoc est, credebant se habituros uitam æternã, Quid ad hoc a quoquam respōderi poterit?

¶ Io. R.

¶ Cuperem ut totam mentē tuam & conceptũ uel uersum hac in re exprimeres, & si acutissimas cogitationes tuas euadere nequiuero, uictum me potius legũ doctorem a theologo non ignoto fateri mĩme erubescam.

¶ Geor. Be.

¶ Temerarie dictum censent Christum præcepisse libros illos comburi non debere, quia tunc duo pontifices maximi qui eos comburi præceperunt, contra diuinum mandatum egissent.

¶ Io. R.

¶ Si non est temerarium dicere, Scrutamini scripturas, hoc est sensum scripturarum medio vestrorum doctorum perquirite, non est etiam temerarium dicere, præcepit non comburendum, quod iussit diligenter inquirendum. Sed sequitur tanquam probabile ex probabili, immo verum certum ex vero certo, prout ostendimus, Quid autem illos pontifices mouerit, diximus. Sunt equidem in illis libris plurima nostrae fidei præclara adminicula, sunt alicubi nonnulla eidem aduersantia, propter adminicula conseruandi essent, propter aduersantia supprimendi, verum tutius est malum gratia boni tueri, quam ob malum perimere bonum, nam & Deus ob decem bonos, mille tolerat malos.

¶ Geor. Be.

¶ Nimium concitasti tumultum dicendo scripta Iudaeorum ita bene vel aequè bene perhibent testimonium de Christo, sicut biblia, & subiunxisti, & hæc est veritas, testimonium quippe bibliae est testimonium spiritus sancti, illud vero est testimonium hominum, testimonium autem Dei maius est, inquit Ioan. in canone. prima.

¶ Io. R.

¶ Non solum dixi aequè bene ut biblia, sed etiam dixi quandoque testimonia ipsorum efficaciora esse pro nobis quam testimonia bibliae, non quidem in se quo ad rem, sed quod ad hominem, nam si ex biblia personarum trinitatem probare voluerimus, ex eo quia dicitur, In principio creauit Deus, Vel ex illo, Faciamus hominem, audiunt & contemnunt, vel ambigunt, si ipsorum authorem ita exponentem induxerimus, arrigunt aures & consentiunt, sic de incarnatione, ut si probaremus messiam venisse per Iacob patriarchae prophetiam, Non auferetur sceptrum de Iu-

da, donec veniat qui mittendus est, & reliqua, negant illum mittendum esse messiam, nisi eorum doctorem iduxerimus, sic & de .lxx. hebdomadibus, sic de statua Nabuchodonosor, sic & de alijs hmoi. Et similiter si verbum dei carnem factum probare voluerimus per illud, vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius Deus, & reliqua, & non citauerimus eorum testem, non accipiunt bibliae testimonium verum, nisi doctores eorum illud verum asseruerint. Sunt quoque nonnulli apud eos libri, quos non suscipimus, qui clare conuincunt messiam venisse. Assumam vnum ex multis, exijt sermo inquit de domo Heliae sex millibus annorum durabit mundus, duo millia vanitatis, duo millia legis, duo millia dierum messiae, haec illi, Propter hoc & similia multi eorum dicunt messiam venisse, ut ait Nico. de Lyra, sed nondum apparuisse, habitare cum angelis, vel tanquam peregrinum circuire & lustrare mundum, quo licet falso ab eis tamen concessio, ipsos conuincimus, & sic videntes non vident. Dixi igitur, quod aequè bene, immo efficacius contra eos arguere possumus ex illorum libris, quam ex biblia, quia illam sine suo doctore non accipiunt. Necessè est igitur illos inspicere, si voluerimus eos conuincere, & quandoque ex falsis, ab eis tamen concessis, eos facilius conuincimus, quam ex biblia, seu ex veris. Nulla enim probatio est efficacior, quam aduersarij propria confessio, & quam ex concessis ab aduersario inferri contrarium, seu contradictorium suae opinionis.

¶ G. B.

¶ Videbatur aduersarijs te crimen lesae maiestatis commisisse, dum rationes ex Talmud sumptas illis quae ex Biblia sumerentur aequiparares. Et tu eos nunc etiam efficaciores esse probasti. Ego declaro vterius, dicendo te nomine Bibliae non solum vetus, sed etiam nouum testamentum intelligere. Teque non solum opinari, sed firmiter asserere, efficaciora esse in conuincendis Iudaeis, testimonia Talmudica, quam euangeliorum & apostolorum, immo nouae legis testimonia nil valere contra eos, quia non praesupponunt,

omnes. Assumpsi ergo illud tanquam probabile ac verisimile. Et ut ita opinarer mouit me vis trium dictionū quæ ibi ponuntur, illa enim dicitio Scrutamini, græce sonat, ac si diceret, disputate in scholis, Vt plurimū autem fit apud eos disputatio in scholis de scribarum & doctorum libris, Mouit me & illa dicitio, putatis, quæ si in lingua græca, in qua euangelium primo scriptum est, inspicitur, significat ac si diceret, putatis, hoc est pro vero tenetis, nec tamen verum est, vos in illis scripturis habere vitam æternam, quia vita æterna non consistit in libris præsertim illis. Tertio mouit me illa dicitio, & ac si dixisset, Et præter sacras scripturas, illæ etiam scribarum scripturæ testimonium perhibent de me. Auctoritas igitur ipsius Burgen primū, & suasiones ex tribus dictionibus ortæ secundo, ad ita opinandum me mouerūt, ut dicerem, quod Christus perscrutari iubet, illud cremari non vult. Et ita sumpsi medium si non ex veris tamē ex verisimilibus, prout sæpissime fit. Enimvero ut hoc aliter repetam, dico ibi dominū locutum fuisse de libris sacre scripturæ, quod quidem negari non potest, quis tamen probabit ipsum etiam de his locutum non fuisse? Qui enim principia scrutari iubet, etiam illa quibus agnoscitur proprie discutere mandat. Proprie, quia vere ita vult. Proprie, quia ex intentione. Intēdebat enim illas scripturas proprie, quia iubens scrutari principium iubet scrutari sensum eius. Et quia libri illi, sensum scripturæ sacre interpretantur. Iussit & illos scrutari proprie, per quorum agnitionem sacram agnoscimus scripturā, imo quia nihil aliud est scripturas scrutari, quàm earum percipere sensum, illi autem Iudæi non poterāt intelligere nisi per doctorum expositiōes. Scripturas scrutari nil aliud est, quàm doctorum & postillatorum veracium scripta & commentaria perquirere, & id proprie & propriissime si dici potest, neque obstat quod dominus antiquorum traditiones damnauerit & reprehenderit. Talmud enim plurimos in se congestos continet libros, quorum aliqui optimi,

aliqui sunt pessimi. Talmud ergo optimum quid ac pes-
 simum, sicut de lingua dicere solemus, vt sit membrum
 quo nullum melius, nullūque peius. Duæ subcontrariæ
 possunt esse simul vere, sed non simul falsæ, Scrutari ita-
 que scripturas est earum discutere sensum, illum autem
 sine expositoribus habere nequimus. Ipsos ergo perqui-
 rere iubemur, Scrutamini scripturas, discutite inquam do-
 ctorum super scripturam declarationes, vt eam recte p-
 cipiat, quia ex doctorum postillis ac scriptis earum col-
 ligetur sensus, non enim omnibus Christus aperuit sen-
 sus vt intelligerēt scripturas, sicut apostolis aperuit. Nō
 itaq; ex yllimilibus dūtaxat, sed ex veris & necessarijs
 processisse videbor. Qui nanq; A intelligi iuberet, & il-
 lud nisi per B ipsum intelligi nō posset, iuberet vtiq; &
 B. Iudæi autem scripturas commode & semota diuina
 reuelatione sine Rabbinoꝝ expōnibus scrutari nequi-
 bāt vt itaq; illas expositiones viderēt & discuterēt ipe-
 rat. Sensus igitur est, Diligenter inquirite prout i scho-
 lis facitis expositiones huiusmodi, & per eas intelligetis
 scripturas sanctas. Et illæ expositiones in quibus vos pu-
 tatis habere vitam æternam, sunt quæ testimonium per-
 bibent de me, neq; tamen per illas expositiones, neq; p
 ipsam scripturam sacram expositam habetis vitam æter-
 nam, Non enim vultis (Inquit) credere in me, qui sum
 vita æterna, Libri loquuntur de vita, declarant vitam,
 ostendunt vitam, sed non sunt ipi vita, Libros autem il-
 los non dixi hæreses esse absolute, sed rationem confi-
 millem rationi apostoli formauī. Si quoq; eos hæreses ap-
 pellaſsem, hoc eo modo quo dixi intellexissem, quia
 sicut omne quod non est ex fide, peccatum ē,
 Sic omnis yitas sine fide, falsitas &
 hæresis est. Non enim p-
 ducit ad vi-
 tam.

templo, Rñsionem tamē ad ipsorum cauillationem scie-
 bam, quam si nesciuisssem, ex obiectione tua didicisse po-
 teram, nam absqꝫ vlla ambiguitate, antiquorum patrum
 & nostram eandem fidem esse cēseo. Et Iudæos fidei pa-
 trum suorꝫ, & suorꝫ, quam videlicet tenere deberent, fra-
 ctiores esse noui, perfidos igitur eos recte vocamus. Nos
 enim fidem ipsorꝫ, hoc est patrum antiquorꝫ, quorꝫ ipsi
 vestigia sequi debuissent, tenemus, ipsi respuunt, nam il-
 lum qui in propria venit, & qui ad eos missus erat, nō re-
 ceperūt, fateor profecto fidem Iudæorꝫ qui nunc sunt,
 non esse illam, quam Moses & alij prophetæ habuerūt.
 Illi enim in I E S V Nazaræno domino nostro spera-
 bant, hi minime. Non igitur Mosis legem, aut vetus te-
 stamentum obseruāt, quia I E S V M Nazarænū mes-
 siam eē non credunt, vere itaqꝫ perfidi sunt, Neqꝫ tamē
 Panormitani sententiā quam & ipse dixi est veritatis va-
 cua, fidem nanqꝫ modernorꝫ Iudæorꝫ ipsorꝫ perfidiam,
 ipsorꝫ ritum, ipsorꝫ cultum qui iam expirauit, qui ipso iu-
 re consummatus est, vocamus, & hanc perfidiam nō frā-
 gunt, non sunt igitur perfidi perfidiæ, sed tenaces, Pos-
 sunt igitur dicere nos mentiri, si eos suorꝫ prauæ fidei fra-
 ctiores appellauerimus, sicut si quēpiam i grassatoria ex-
 pertissimū, latronem optimū diceremus, nō mentimur,
 sed si pessimum latrōem assereremus, mentiremur, licet
 esset homo pessimus. Ecclesia igitur eos perfidos (eo qꝫ
 ea quæ nos credimus, dum credere teneātur nō credūt)
 vocat. Ipsi ꝫo quia fidei suorꝫ peruersæ firmiter adhærēt,
 se perfidos esse negant, si ergo nos eo modo ipsos perfido-
 dos vocaremus, non recte astrueremus. Sunt ergo vere
 perfidi, quia vere suorꝫ fidei violatores. Et sunt non perfidi,
 quia prauæ suorꝫ fidei firmiter adhæsiores.

¶ G. B.

¶ Logici dicerent vnico ꝫbo eos esse perfidos abso-
 lute & simpliciter, non perfidos ꝫo scđm quid, quemad-
 modum in malignitate perfectus, est scđm quid & non
 simplr perfectus, vt tu bene de grassatore exemplū de-

disti, hoc absolutum est & meo iudicio euidentissime.

Enimuero calumniantur te satis appatenter, & in sententia quam dicis, & in exemplis quæ pro illa adducis. Dicis autem, quod quia IESVS apparuit sicut homo & per consequens seruus, Ita etiam Iudæi non aliter reputauerunt eum, quam scilicet hominem & seruum, & neque de ipso, neque de matre eius, neque de apostolis quicquam diuinum tenuerunt, & adhuc non tenent. Ista verba excusationem perfidiæ Iudæorum præ se ferunt, ac si aperte diceres. Non est mirum, si Iudæi non crediderunt neque credunt in Christum, quia venit ut seruus, quia formam serui accepit, ut inquit Apostolus. Non itaque videbantur obligari in ipsum tanquam in Messiam credere, quia forma hominis & serui ostendebat. Contra hoc est illud Iohannis. xv. Si non venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et iterum, Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et quæ sequuntur. Tu excusas Iudæos, & Christus dicit, excusationem non habent de peccato suo, habere excusationem, & illam non habere, non bene sibi quadrant. Præterea non omnes Iudæi credunt messiam Deum & hominem esse oportere, sed hominem solum, illum tamen magnum sicut Moysen, imo & Mose maiorem, forma igitur serui in qua apparuit, non excusabit eos, si messias sit purus homo, quin deberent credere in ipsum tanquam a Deo missum. Exempla vero de virgine in meretricio habitu inuenta, & clerico in stipendiarij veste repto, horrorem ob irreuerentiam pijs auribus incutiunt.

¶ I. R.

¶ Nicolaus de Lyra dum vellet ex veteri testamento Christi domini probare diuinitatem, dicit ex nouo testamento illa apertius probari posse quam ex veteri. Neque tamen ex nouo sic aperte probari potest, quin oppositum consequentis possit intelligi stare cum antecedente. Multi enim confitentur Christum IESVM Nazarenum,

E

sed respuunt illa. Re quoq; ip̄a vniuersi qui eos libros legerunt, clarissima pro fide n̄ra ex illis afferunt testionia.

¶ Io. R.

¶ Caue tibi Benigne, ne te quoq; calumniatores supprimant, sed quia opinionem tuam nimis declarasti, cer te nequibunt, quod fecissent si dixisses testimonia Tal mudica, æque bene concludunt de Christo, sicut euāge liorum & apostolorū, immo & melius ac efficacius, non solum vltra Coloniā, vt ego, sed vltra Sauromatas & glaciale oceanum exulasses, & cum Gog & Magog resedisses.

¶ G. B.

¶ Si istud quod inter omnia tua absurdus videbatur, ad tantam lucem venit, vt sine vlla hæstitatione ipsius ve ritas clarescat, sic vt etiam ab aduersario, nisi positionem seruet, prout Arist. loqui consuevit, negari nequeat.

Enimvero vt alijs quoq; facias satis, mihi enim fecisti. replico etiam ad quædam alia, Lacesunt te in his, Dixisti enim, Si omnes Iudæorū libri contra nos essent, nō venirent propterea comburendi, & quod Iudæi i suum bonum, & pro defensione fidei suæ possunt scribere libros contra nos, & nobis non gratos.

¶ Io. R.

¶ Quotquot libros pro ritus sui conseruatione, absq; expressa blasphemia, vt semper testatus sum scriberent, quum ritus ille hac tempestate aduersetur nobis, sumus enim nos in luce, ipsi in vmbra, nos in re, illi in figura, licet figura præterierit, nos in die, ip̄i in nocte, quibus vete nox præcesserit, vniuersi eiusmodi libri, cōtra nos eēt, neq; tamen venirent comburendi, quia sicut eorū ritum, ita & libros pro ip̄orum ritu confectos tolerat ecclesia, Non itaq; solum ex eo, quia contra nos sunt, sequitur vt sint comburendi, quia tunc & ip̄i & quicūq; contra nos eēt, comburi deberent, posita enim causa præcisa, ponitur effectus, si ergo comburendi sunt, oportet aliam cau sam, quam quia contra nos sunt assignari. Eadem igitur

licentia possunt nostro ritui non grata, immo contraria scribere, sicuti ceremoniæ & ritus sunt nobis diuersi, Et sui vniciq; grati, alterius non grati, vnusquisq; enim in suo sensu abundat, & qualis est, talia opiatur atq; loquitur.

¶ G. B.

¶ Recte veritatem defendisti, verum aduersarij tui illud pati nequeunt, quando dicis, Iudæi possunt inter se dicere de Christianis, quod mentiuntur, quando in die parasceues nominant eos perfidos, nam fidem suam nunquam fregerunt. Arguunt contra te, nam si Iudæi Christianos mentiri possunt dicere, quando eos vocant perfidos, ac si fidem suam fregissent, quam tamen non frangunt, nisi quando ad nostram accedunt. Igitur ecclesia mentitur, hoc est, falsum dicit, non tamen contra mentem, idcirco non proprie mentitur. Dicere autem ecclesiam mentiri seu falsum dicere, hæresim sapit, ita ipsi contra te procedunt. Ego etiam contra idem, alio modo procederem. Certum nobis est fidem antiquorum patrum & nostram esse eandem. Quia nisi in fide mediatoris Dei & hominum saluatus est nemo, Iudæi autem sunt filij illorum patrum. Igitur eandem tenere fidem, quam ipsorum patres tenuerunt, tenentur, neque tamen tenent, quia in Christum dominum non credunt. Ipsi vero credebant, perfidi igitur sunt, quia fidem patrum suorum, quæ & ipsorum esse debebat, fregerunt. Perfidi igitur recte dicuntur, dum in sua proteruitia manent, fidem suam veram contemnent. Non iraque nos mentiri dicere possunt, quum pro ipsis tanquam perfidis oramus. Vnde Apóstolus Paulus conuersus non erubuit dicere, blasphemus fui, & per consequens perfidus, quia perficiens in iudaismo, veram patrum fidem fregerat.

¶ Io. R.

¶ Panormitanum illum imitatus, eam protuli sententiam, O infelicem sortem meam, auctores dictorum meorum catholice loquuntur. Quicquid ego dixerim hæresis erit. Nemo Burgensis, nemo Nicolai de Lyra, nemo Panormitani condemnauit scripta, sed si ego dixerim, damnabunt ex-

esse verum messiam, & euangelio præbentes fidem, nõ credebant ipsum esse Deum, sed hominem purum, vt fuit Nestorius & Fotinus. Alij fatebantur non esse Deum verum, neq; tamen etiam hominem purum, sed Deum non verum, & hominem verum, vt Arrius, dicebat enim primam creaturam (quæ ob sui excellētiam Deus vocari poterat, neq; tamen erat verus ille Deus) humanæ fuisse copulatam naturæ. Et eo modo Christum Deum & hominem esse confitebatur. Ex testamēto igitur veteri de diuinitate Christi Iudæi nequibunt apertius q̄ nos loqui. Non itaq; eos excuso, quin debuērunt i Christum credere, propter tot diuina opera, & ipsum pro vero messia suscipere, sed quum in forma serui qua minor est Deo patre appareret, & non in forma Dei, qua Deo patri æqualis est, non habētes ex scripturis manifestum testimonium messiam verum Deum & hominem futurum, excusari aliquāliter poterant, circa deitatis suæ articulum, sed quin fuerit verus propheta & messias excusari nequeunt. Neq; ex operibus eius diuinitatem veram attingere poterant. Nam & Moses purus homo & propheta puri homines, & apostoli, cōsimilia immo & maiora eorum fecerunt. Magis autem humiliāuit & exinanīuit semetipsum filius Dei assumpta forma serui, q̄ virgo assumpto meretricio habitu, v' stipendiarij clericus, Maior enim longè est distantia inter Deum & hominē, q̄ int̄ virginem & habitum meretricium. Similitudo tamen bona est, q̄ sicut non videor teneri, virginem meretricio habitu indutam, esse virginem credere, & illum stipendiarij vestibus amictum eē clericum. Ita & m̄to magis (quia maior est distantia) videndo Deum humanitate circūamictum, immo solam humanitatem videndo & sentiendo quomodo poterāt ferri in ipsam deitatem, vt credere illi humanitati deitatem esse vnitam tenerētur: præsertim cum talis vnio vix mente attingitur. Et quāuis opera Christi talia fuerint, vt humanam mentem in operatorem Deum dirigerent. Juxta illud Nicodemi lo-

annis. iij. Nemo potest signa facere quæ tu facis, nisi fue-
 rit Deus cum illo, non tamen illa opera illum hominem
 esse veræ Deum concludebant, sicut nec Moſen, aut Pe-
 trum apostolum, cuius etiam vmbra sanabat infirmos.
 Tenebantur tamen credere illa opera esse diuina, & ab
 alio præterquam Deo fieri non posse. Et ex consequen-
 ti Christo dicenti se esse Deum, & illud per opera diui-
 na probanti, credere debuissent, ipsum esse deum, Sicut
 & virgini meretricio habitu ornatae & clerico illi, si illa
 probaret se virginem, & ille clericum, credere teneremur.
 Non quia hūanitas Christi ferret nos seu forma serui in
 formam Dei, sicut nec habitus ille in virginem aut cleri-
 cum. Maiorem autem horrorem icutit comparare Chri-
 stum tauro, arietem, & hircum, quam habitui meretricio. Sed
 ipsum dominum illis comparamus, neque phorrescimus,
 verum ad altiore intellectum a me illud fuerat dictum.
 Nam Iudæos excusauimus, & accusauimus. Excusauimus quidem,
 quia per omnia opera ipsius domini non poterant con-
 cludere ipsum esse Deum, nisi ex consequenti, quia dice-
 bat se esse Deum, qui talia in ipso operabatur, de quo eti-
 am ambigere poterant, an sit verus Deus, vel per parti-
 cipationem, & ita eos excusauimus, quia eiusmodi cogniti-
 onem ex operibus eius habere non potuerunt. Accusa-
 uimus autem eos, quia non inspexerunt doctores suos qui
 per dicta sacrae scripturae tenebant, messiam esse verum
 Deum, & Dei patris verbum. Sed ipsi non attendebant
 nisi ad formam serui, & ad lutum in quo inuentus est so-
 lum ut homo, & non attendebant ad verba doctorum,
 qui in tali forma verbum Dei appariturum dicebant. Ne-
 cessaria est itaque illarum scripturarum interpretatio, si-
 ne qua Iudæi sacrae scripturae non colligunt
 sensum. Ex quo ut eiusmodi libri
 tam necessarij non suppri-
 merentur conclu-
 dere vo-

lui.

¶ G. B.

¶ Admodum erudite insidias, versutias, & calumniantium decipulas euasisti. Et non modo euasisti, sed etiam contriuisisti. Sed progrediamur. Nam te in illa compositione (quam ipsi sacrilegam vocant) carpunt. Dicis namque sicut in persecutione tyrannorum semper aucta est Christiana ecclesia, ita & hic eueniret, si ludæis vis inferatur. Nam plus inflammarentur ad suam religionem, & reliqua, Hic videris dicere, causam ut ecclesia augetur, fuisse tyrannorum persecutionem, & non munus diuinæ gratiæ & diuinæ assistentiæ, quod certo dicere non licet.

¶ I. R.

¶ Absit ut credam ecclesiæ augmentum ex sola persecutione tyrannorum ortum fuisse, immo ex dono spiritualis assistentiæ diuinæ, quæ amissa instaurabat in gradu millecuplo, sed feci quasi quandam similitudinem ex ea parte, qua nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, quod nobis gentile est. In ea igitur parte similitudinem attuli quæ nobis est natura inserta. Enimvero Christiana religio diuina prudentia, & eius peculiari assistentiæ, & creuit & aucta est. Nam ipsa persecutione sola granum synapsis non creuisset tantum, ut in ramis eius aues cœli requiescerent.

¶ G. B.

¶ Est mihi summe cordi tam rationi congruens responsio, quia quo magis quis ad ritum aliquem seu cultum per tormenta cogitur, eo magis induratur, & ritum illud odio habet & paruipendit. Et similitudo tua ibi sistit, neque ulterius progreditur. Clam Christiani præter illum naturæ motum, fide spe & charitate virtutibus infusis suffulti, & diuino præsidio adiuti, incomparabiliter plus aucti sunt. Quo pacto ludæi crescere nullatenus possent. Sed iterum te impugnant, quando dicis, si libri ludæorum essent combusti, tunc nullis argumentis eis satiffactorijs, nos aduersus eos tueri possemus. Non per libros illorum, qui amplius non essent, neque per textum bibliæ, quia lu-

dæi aliam & nouam scripturæ expositionem subtilit̄ ex-
cogitarent, & ita non possemus, neq; inuadere eos, neq;
nos defendere. Dicunt te hic sacrā blasphemare scriptu-
ram, ac si libri eorum efficaciores eēt q̄ ip̄a sacra scriptu-
ra. Enimvero ista est aperta calumnia, optime enim sua-
des omnes Iudæorum libros igni non esse tradendos, q̄
eo concessio, non possemus cum ipsis disputare. Nō qui-
dem ex testamento nouo, quia illud non recipiunt, neq;
ex testamento veteri, quia illud suo modo exponerent.
Neq; conuincere possemus per doctores eorum (q̄ am-
plius non reperirentur) talem expositionem nouā non
esse veram, sicut hactenus fecimus præsupponendo ex-
positionem Rabbīnorum, quam negare nequeunt. hinc
conijcio q̄ te nolunt intelligere, sed gratis odio habere.

¶ I. R.

¶ Ad hanc cauillationem iam dictum superius ē. Nō
enim libros Iudæorum ipsi sacræ scripturæ in se & re ip̄a
præfero, sed solum dico, ex illis libris eos aptius conuin-
ci posse. Si ergo aboleantur, disputatio desisset, neq; ar-
guere, neq; respondere eis satisfaciēdo poterimus. Quia
& si vetus testamentum ipsi præsupponant, non tamen
expositiones nostras super ip̄o testamento suscipiūt, ni-
si eorum doctoribus conformentur, & tunc eas vt suas,
non vt nostras magnificiunt.

¶ G. B.

¶ Dicis etiam si Iudæorum doctores falso exponere
scripturam diceremus, tunc nos qui eos in probationem
inducimus, & eorum sententijs fulcimur, vteremur fal-
sis testimonijs, quod prohibitum ē lege, si falsos, & quæ
sequuntur. Videris itaque ipsorum doctores, vere scri-
pturam exposuisse asserere. Cuius contrarium (vt supe-
rius induximus) habetur Matthæi. v. & xv. & Mar. viij.

¶ I. R.

¶ Ego censerem, vt quoties Nicolaus de Lyra, quo-
ties Burgensis, quoties aliij catholici expositores vtuntur
expositionibus Rabbīnorum, toties illas veras esse, alias

Gamalielis imbutus, & non quia tractus fuit. Quorum prius illud est contra conversionem eius mirificam, & raptum eius tam arcanum. Illud vero quod posterius additur, impium est dicere, quod excellentiam supra omnes alios non habuerit, ex eo quia tractus est. Quia & si omnis qui venit ad Christum didicit & trahitur a patre, vehementius tamen alter altero trahitur, & maior vni quam alteri gratia praestatur.

¶ I. R.

¶ Certum est homini Christiano, Paulum Apostolum quocumque alio apostolo plura & excellentius fecisse. Id enim in sacris libris quibus falsitas subesse non potest scribitur. Certum etiam est Paulum Apostolum ad pedes Gamalielis legem & omnem Iudaeorum scientiam didicisse, Non ita Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, qui rudes & idiotae erant, adimatur omnibus illis gratia, & infusa scientia. Remaneant ipsi in naturalibus & acquisitis scientiis, doceant, suadeant, praedicent omnes, quis eorum plura & excellentiora faciet? quae comparatio erit inter rudes pisces omnino indoctos, & Paulum acuti ingenij virum, lege domini scientiisque multis eruditum? Tribuatur omnibus doctrina infusa aequaliter, aequalis igitur erit omnibus. At tamen Paulus ratione acuminis naturalis & scientiae acquisitae superabit alios, eritque instrumentum aptius ad exercenda iussa diuina, atque praecellet reliquos. Non itaque scientiam infusam ab homine accepit, sicut neque alij apostoli, sed per reuelationem. Acquisitam tamen, in qua praecellit caeteros, ad pedes Gamalielis didicit. Quemadmodum ipsemet Paulus in lingua propria eloquentior fuit, ut Hieronymus testatur, quam in linguis dono spiritus sancti acceptis, ad illam namque magis dispositus erat. Agens quippe sicut non agit nisi in subiectum dispositum, ita efficacius agit in magis dispositum. Et quamuis spiritus sanctus possit minus disposita aequae disponere, non tamen necesse est ut quae disponat, sed ut secundum dispositionem praexistentem influat

scientiam igitur acquisitam & ingenij acumina non habuit ex eo, quia tractus est. Illa enim antequam crederet habebat. Neque ob tractum illum dūtaxat, tam altum bonum & amplum donum promeruit. Omnes enim tracti id promeruissent, & promererent. Potuisset quoque Deus Paulo in naturalibus & acquisitis melius disposito maiorem conferre gratiam, sicut & angelos natura superiores gratia etiā reddit tales. Quamobrem & ipse cum dixisset, plus omnibus laboravi, subiunxit. Non autē ego, sed gratia Dei mecum, Si ergo idcirco dona suscepit ampliora, quia magis dispositus erat, & dispositio illa fuerit id quod diximus. Cui sit tam cornea fibra, ut nesciat verum esse quod iam diximus siue itaque dicatur præcellere alios, rōne bonorum naturalium & acquisite, siue ratione ampliorum supernaturalium donorum, propter eiusmodi dispositionem sibi concessorum, semper sequitur id quod diximus.

¶ G. B.

¶ Omnia erudite, verum non cessant te lacessere etiā in minimis. ponis enim similitudinem, ut sicut Christus dominus iussit zizania crescere simul cum tritico usque ad consummationem sæculi, sic & ludæorum libros esse dimittendos. & que sequuntur. Dicunt enim illa in parabola dominum de pravis hominibus, non autem de pravis libris loquutum fuisse, ut ipsemet se exponit aliquantulum infra, ut habetur Matthæi. xij. Sed ambigo ne forsitan ipsi sint illi homines, qui charitate sprete, virum catholicum calumniantur, & neophitum veterano Christiano læ anteponunt.

¶ I. R.

¶ Noram & ipse Christum dominum per zizania exposuisse pravos homines (utinam ipsi triticum essent) neque tamen ignorabam, ipsum dominum hoc non præcepisse, quin etiam pravos libros per zizania, sicut bonos

vsī fuissent testimonijs falsis, quod profecto non licet, vt lex illa vetat. Neq; dixi omnes eorum expositiones esse veras, quia nō illas, in quibus eos Christus dominus reprehēdit, vt superius diximus. Et forsā tenere legem veterem nō prohibuisse animum, sed manum, possit stare cum fide. Quod si verum fuerit, tunc dominus etiam legem ipsam & non scribas solum correxisset, prohibendo non solum manum, sed etiam animum. Et qui vsque tunc scripturam illo modo exposuissent, nō fuissent falsi expositores. Quicquid sit de hoc, non plura nunc. Sat nobis sit expositiones illorum non esse passim falsas, sed aliquas immo plurimas veras, & ad rem nr̄am attinētes.

¶ G. B.

¶ Interdum ex falsis ab aduersario concessis licet aliquid probare & se sustentare, vt ex libro iudæorum falso qui de generatione IESV Nazaræni inscribitur, probamus ipsum messiam esse Deum. Et ex auctoritate falsa eorum, sex millia annorum durabit mūdus, inferimus messiam venisse, igitur lex allata (si falsos) non recte prohibet ex falsis p̄gressum. Nam licet ex falsis inferre verum.

¶ I. R.

¶ Tu ipse superius antistes mecum, & ego tecum distinximus, de duplici progressu, ad rem, & ad hominem dūtaxat. Lex de priori progressu est accipienda. Aliud quoq; (vt nosti) est inferre ex falsis. Aliud probare. Nā per falsa nota nil probari potest, sed per falsa, quæ q̄s credit eē vera, potest fieri apparens probatio, non existens, Lex itaq; prohibet testimonia quæ sciuntur eē falsa, illa quippe sunt in nostra potestate. Qui p̄bat per falsa, quæ credit eē vera, tunc si talis ignorātia sit inuincibilis, non est sub lege, si affectata crimen auget, si crassa diminuit, & sic de reliquis ignorantia membris dicendum.

¶ G. B.

¶ Recte tu quidem, sed audiamus aduersarios, dixisti

nanq̄, Ex quo alicui doct̄ori propria opinione loquen-
ti, credere nemo cogitur. Doct̄or talis nullum potest de-
cipere, hoc aiunt est contra Apostolum ad Titum cap.
primo. Sunt mlti vaniloqui seductores, maxime qui ex
circūcisione sunt, qui vn̄uersas domos subuertunt.

¶ I. R.

¶ Ad quædam etiam respondere non deceret, Quis
enim nesciat seductores eē, & deceptores plurimos: sed
si eis credere non teneris, immo non credere teneris, in-
uitus decipi non poteris, si autem vis decipi decipiaris.
Non te doct̄or, cui obligaris non credere, decipit, sed te
ipsum decipis. Debilis est hostis, qui non vincit nisi vo-
lentem. Si dicerem nullos esse deceptores, aduersum me
dicerem. Multi enim me decipere conantur, sed quia nō
credo eis, non me vtique decipient. Aduertāt quoq̄ ad
verba mea. Ita enim dixi, Cui propria opinione loquen-
ti, credere nemo cogitur, talis nullum potest decipere.
Qui enim decipit intellectum, cogit ad credendum fal-
sum pro vero. Hos Apostolus vaniloquos vocat. Ne-
mo itaque nisi eius intellectus ad assentiendum coga-
tur seu alliciat̄, decipi potest. Ex quo igitur doct̄oribus
Hebræis propria opinione loquentibus, credere non co-
gimur, decipi ab eis non poterimus.

¶ G. B.

¶ Pleraque frivola obijciunt, sed obiectio quæ sequi-
tur magni apud eos est momēti. Ais enim plus ex Pau-
lo factum esse, quam ex om̄ibus apostolis, eo quod cum
Rabbinis scholas frequētauerit, & omnibus iudæorum
scientijs imbutus fuerit. Et subnectis, huius nulla est ob-
iectio vel respōsio, nisi quispiam diceret, Paulum ad hoc
tractum fuisse. Sed hoc nihil ad rem. Omnes eim̄ quotq̄
credimus trahimur, quia nemo venit nisi p̄ traxerit eim̄.
Quibus videris asserere Apostolum Paulum, omni-
bus plus laborasse, quia literis Hebraicis fuisset ad pedes

per triticum intelligere possemus. Arguebam itaque a simili, quod sicut ille homo, seu filius hominis non permisit euellere zizania, hoc est filios nequam, ne forte & triticum, hoc est filios regni, qui sunt bonum semen, si euellerent, sic & libros illos in quibus multa nobis uirtuta exarantur, licet & praua quaedam in eis reperiantur, modo non sint de illo genere malorum, quod extirpandum esse semper protestatus sum, non extirpandos eiusdem domini sententia persuasi. Nonne licet arguere a simili & per exemplum? Nonne signa quae in Christum credentes consequuntur, uidelicet daemonia eijcere, linguis loqui nouis, serpentes tollere & reliqua Gregorio licuit spiritualiter exponere? similiter quousque necessarium sit ad salutem, credere Christum de Maria Magdalena septem daemonia vere & re ipsa ad literam intelligendo eiecisse, tamen Gregorius per septem daemones uniuersa uitia exposuit. Eodem modo firmiter & ad literam credendum est, dominum nostrum mundasse leprosos, & ad sacerdotes misisse, tamen Augustinus per leprosos, eos qui verae fidei scientiam non habentes, varias doctrinas profitentur erroris, intelligit. Quale preceptum est ut prauus seu filius nequam sinantur crescere usque ad ultimam mundi diem, tale preceptum ut prauus Iudaeorum libri, prauus dico, quia sunt in prauorum manibus, usque ad illud tempus quo suum agnoscerent errorem conseruentur. At uero nullum extat preceptum filios nequam non exterminandi, immo potius exterminandi, iuxta illud, Maleficos non sinas uiuere, siue per maleficos, omnes malefacientes, siue eos qui maleficijs suis decipiunt homines, intellexeris. Omnes quoque iustae leges, & iusti iudices, delere malos de medio iustorum nituntur, neque agunt contra preceptum de zizanijs non euellendis, sensus enim est, sinite utraque crescere. Quia ego ab initio creauis hominem, & dimisi eum in manu consilij sui, sino ut quisque manum suam ponat vel in aquam vel in ignem, posset quippe potentia sua magna, nullum prauum uiuere permittere. Sed id primo decreto, a prius

aplo tradito contrariareſ. Deus itaq; malos eſſe, vt ali-
quid boni ex eis eliciat, ſinit. O mn̄is enim malus, aut iō
viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt p̄ eum bonus exer-
ceatur, ſic profecto & libri Iudæorum, aut ſunt ſeruandi
vt per eos ipſi corrigantur, aut vt per eos nos magis ve-
ritati fidei noſtræ ex ipſorum aperta cæcitate inhæreſtes
exerceamur, aut vt probati ſiāt manifeſti, ſunt itaq; hæc
eiuſcemodi præcepta parabolica, & quaſi metaphorica.
Permixti itaq; vſq; ad ſæculi conſummationem erūt ma-
li bonis Deo ſinente. Neq; eſt aliud præceptū, niſi quia
ſic eſſe ſinit. Si nanc; eſſet præceptum, tunc non liceret
malos iterficere, ſed crefcere vſq; ad meſſem. Et ſi malos
homines, qui magis peruertūt, & magis bonos exercēt
eſſe ſinit, cur non & prauos libros ex eo quia prauæ &
perfidæ ſunt ſectæ, non ſinet eſſe? In re parui momenti
multum temporis præter conſuetudinem contriui.

¶ G. B.

¶ Nil ſuperuacuum, præclara omnia. Nil tñ præter-
miſſam eorū in quibus te (vt ita dixerim) lacerāt. Dicis
quippe q̄ Chriſtus præcepit de ſinendis zizanijs, hoc ſi
deliter i re n̄ra de libris Iudæorū ſinendis dicere, imitan-
do eccliam. diſti. xiiij. c. ſancta Romana poſſumus, vbi
oēs libros manere pmittit, vt videant & probent iuxta
v̄bum Apl̄i, Omnia probate, quod bonum eſt tenete.
Nam ſi eos cōbureremus, non p̄nt poſteri n̄ri quicq; cō-
tra eos obijcere, ex q̄ conuincant. Dicunt te male trãſ-
tuliffe parabolam, Chriſtus em̄ per zizania non intelle-
xit libros, ſed homies prauos, ſiſt & Apl̄m non recte in-
duxiffe. Ipſe em̄ ſibi loquit de nouellis reuelationibus nō
oimode certis, dicens prophetias nolite ſpernere. Non
aūt loquit de libris manifeſte prauis, ſic & canon ecclie
inductus de hm̄oi libris, eſt accipiendus.

¶ I. R.

¶ Hi vellēt vt ad ipſorū nutum omnia exponeremus,
& p̄libito eorū auctores induceremus. Et q̄a de pabola

zizaniarum, paulo ante discussimus, nunc ad Apostoli auctoritatem ita dicimus, quāuis ipse præmisisset, prophetias nolite spernere, ob id tamen quando dixit, omnia probate, non solum de probatione prophetiarum intellexit. Quia medium syllogismi probabilis in plus se habet, quæ quæstio quæ probatur. Neque etiam videtur probare illud quod præmiserat, sed multas sententias ordine quodam afferre, sic inquit, Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est, tenere. Omnia igitur legite, sed sentes abijcite. Quid suspectum hæresi hic iuenitis? surdior est surdo is, qui aude contemnit. Neque dixit, omnia probate, sicut probatur conclusio aliqua ratione, vel sicut probatur quis esse bonus vir, sed probate, hoc est delibate cuius saporis res sint. Et si bonum saporem & odorem inueneritis, tenete ipsum, si malum abijcite. Non itaque Apostolus de nouellis prophetiis duntaxat loquitur, sed de omnibus quæ non sunt manifeste mala, vel sunt bona mixta malis. Aperta mala sine delibatione respue, ut sunt peccata. De quibus dubitas, ut de prophetiis nouis, aut de spiritu, & seruire alicuius, & in re nostra de libris scribarum, noli statim condemnare, neque statim credere, quia non omni spiritui est credendum, sed an spiritus illi sint a Deo probandum est, Discutiendum igitur diligenter est, quæ bono quæve malo proferuntur spiritu, discutiendum & de libris scribarum, an blasphemii sint, vel stulti, vel ad ritum eorum pertinentes, vel sacram scripturam bene exponentes, aut mysteria fidei nostræ ardua declarantes, primi illi (ut semper dixi) sunt supprimendi, alij tolerandi, dum ecclesia eos tolerat, ultimi magnopere amplectendi, custodiendi & conseruandi.

¶ G. B.

¶ Carpunt te & in eo, dixisti namque, Commentaria Iudaorum tanquam fontes esse seruanda, si namque eorum commentaria sunt fontes, igitur nostrorum erunt riuuli. Vi

deris doctores Iudæorū, nostris sanctis doctōribus qui sunt montes ecclesiæ. præferre. Et ita doctrinam synagogæ supra ecclesiæ doctrinam extollere. Quod profecto non licebat.

¶ I. R.

¶ Prima commentaria, respectu posteriorum, fontes dici possunt, similiter commentaria quæ scripturæ textū priorem, verum, nō fucatū declarant & exponunt, sunt tanquam fontes respectu eorum, quibus exponitur textus posterior & fucatus. Eam ob rem diuus Hieronymus Hebraicam veritatem translationi Lxx. interpretū & omnibus alijs præponit. Illi enim mysteria fidei hominī gentili pandere noluerunt, sed occultauerunt, sic igitur se habent commentaria ad commētaria, sicut textus ad textum, sed textus Hebraicæ veritatis est, sicuti fons ad alios textus. Igitur & commētaria super illum facta sunt sicut fontes, ad commentaria super posteriores textus facta. Nonne testamentum vetus a Iudæis accepimus: fontaliter ergo scripturæ illæ sunt apud eos. Igitur Iudæi præferunt nobis, & doctrina eorum, doctrinæ nostræ: non sequit̄ profecto, quia consequens est falsum, & antecedens verum. Et ex veris nil sequitur nisi veræ, sic nec illorum consequētia erat bona. Quia & si nostrorum commētaria sint posteriora, & super textum posteriorē facta, Et in eo videamur minores, illa minoritas est secundum quid. Nam & mater est nobilior filio quocūq; in quantum genuit eum, sed erunt in filio multa alia quibus dignior est, Sic & in nostris doctōribus, est alia scientia testamenti noui, & in ecclesia similis. Non ergo fons est semper nomen dignius, nisi in quantum fons, sed esse dignius secundum quid, & indignius simpliciter est absolute indignus. Vide nunc captiosos homines quanto odio ferunt in proximū, excæcauit eos malitia eorū.

¶ Finis.

ILLVSTRIS AC GENEROSI DOMINI

domini Hermanni Comitis de Nuenar, cano
nici Coloñ. & c. epigramma, extem
pore indoctiss. viri Ioan. Reu.

LL, Doc. eiusq; defenso
rū laudem, subito
calore effu
sum.



Vnica non tali strepuerunt arma
paratu
Hannibal Ausonias dum spolia-
ret opes.
Nectantq; procures Pegasa ve
xit ab vrbe.
Raptor Phryxai velleris Æsoni-
des.

Quantos ipse modo ad bellum pharetratus Apollo.

Cogit, & inuictō prælia Marte ciet.

Reuchlino laturus opem, studijq; quietem

Perpetuam, & dōctis oia grata viris.

Impia liuoris ne fundere lingua venenum

Audeat, & posthac obstrepuisse bonis.

¶ Sequuntur erratula quædam, sed puerilia prorsus,
quæ tamen ideo annotare collibuit, ne per ignorantiam
irrepsisse putent. Litera igitur A pagella prima, facie
secunda, versu vltimo, lege κοινὰ cum graui accentu ī se
cunda syllaba. Pagella secunda, facie prima, versu. xvij.
lege & (quod vulgo dicitur) & c. versu. xxx. & (vt dicitur)
& c. versu. xxxij. Et illud Apollinis e cælo oraculū
descendit, γινώθι σεαυτῶν. Quod si & c. Eiusdem pa. facie. ij
versu. xiiij. Nazarenus. versu. xxvi. βρωμαῖ. Pagella. ij
facie prima, ver. xxxij. ἰλλὰς. Liteta B pag. prima. ver-

su. xx. lege ambigeret. ¶ su. xxx. appendix. Occurrent
scio & alia quædã, vbi vel simplex vocalis pro diphthon
go est posita, vel alia quædam hoc etiam minutiora, quæ
quoniam per se quisq; animaduertere facile atq; corrige
re potest, superfluum duxi ascribere.

FINIS DEFENSIONIS OPTIMI

ac integerrimi viri illius Ioan. Reuchlin, LL.

doc. quam Reuerendus pater Geor. Be.

Nazaræus archiep̃s Romæ p mo

dum dialogi scriptam, diuo Ma

ximiliano Romanoꝝ im

peratoris semp Augu

sto dicauit.

Anno Natiuitatis Dei. M. D. XVII. mense
Septembri.